

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prudencia siue prouidencia c
cum uariis

Cum uiderimus aliquem seruum Dei prouidere ne ista necessaria sibi desint, non iudicemus eum de crastino sollicitum esse. Nam et ipse Dominus propter exemplum loculos habere dignatus est, et in Actibus scriptum est ea que ad uictum sunt necessaria procurata esse in futurum propter imminentem famem.

Augustinus in libro de sermone Domini in monte.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Prudencia siue prouidencia] Prouidencia siue prudentia P V¹ V² L¹ L²; desint] desinit V¹;
actibus] apostolorum *add.* P V¹ V² L¹ L²